UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvnvs Rectè Obeundum

Polanco, Juan-Alphonso de

[Köln], 1617

De matrimonio iunctis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41600

Visual Library

aut doloſè. Sextò, exigere ab eo plus quam debet. Septimò, nolle defendere in cauſa iuſta pauperem, cùm appareat alius qui id faciat, ſi pauper opprimi creditur ſine eius auxilio.

tem fateatur. Solariū iuſtum. pauperes gratis defendendi.

De notariis.

PRimò, de periurio Secundò, de falſis inſtrumentis. Tertiò, de occultatis inſtrumentis, aut laceratis. Quartò de facto inſtrumento illicito, vt vſurarum quas norunt, &c.

Notariorum peccata 4.

De matrimonio iunctis.

Primò, ſi fine tantùm voluptatis actum matrimonialem exercerēt, & modo non conueniente ad generationem, præcipuè ſi extra vas, &c. Secundò, ſi in diſpoſitione menſtruorum, vel cum vxor eſt grauida, ſi cum periculo abortus vel grauis damni id fit. Tertiò, ſi debitum negatur, niſi in periculo vitæ vel ægritudinis notabilis: vel cum petens, per fornicationem ius amiſit. Quartò, ſi in loco ſacro vel publico exercetur. Quintò vti coniugio ante benedictionem ſponſæ. Sextò, ſi qui petit, votum habet caſtitatis ſimplex Septimò, ſi cum vxore

Quis finis in actu mat. vitandus. Quo tempore ſit ab vſu matr. abſtinēdum. Debitū matri. quando denegare licet. Quo in loco exerceri non poſsit. Votum caſtitatis deuict

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vxore adultera publica vir commiſcetur. Octauò, ſi matrimonium ſit clandeſtinum. Nono, ſi nuptiæ fiant tempore interdicto, quo ad benedictionem, & adductionem ſponſæ & celebritatem conuiuij vel ſi cum ſuperflua vanitate. Decimò, ſi excommunicatus, vel in mortali, contraxit matrimonium.

Vndecimò, ſi cum perſonis coniunctis ſanguine, vel affinitate in gradibus vetitis, vel in alio caſu prohibito: ſed tantum quære de impedimentis, de quibus eſt præſumptio. Duodecimò, ſi non prouidit familiæ de neceſſariis. Tertiodecimò, ſi exacerbauerit verbis vel factis coniugem, aut nimis zelotypus, vel remiſſus in cura fuit. Quartodecimò, de vxore, ſi inobediens, contentioſa, inculta, negligens in curâ domus, ſi non ſequitur domicilium viri, niſi trahat ad peccatum.

De Sacerdotibus & Clericis.

PRimò, ſi quis accepit ordinem ſimoniacè, vel à ſimoniaco Epiſcopo, vel ante legitimam ætatem, vel in peccato mortali, vel excommunicatus;

Petitionem impedit. Vxoris adult. commiſ. Matrimonium clādeſt. Nuptiæ tempore interdict. Vel cum ſuperflua pōpæ. In mortali peccato vel excom. contrahere. Cum cōſanguineis vel affinib. Familiæ cura. Vxor non exacerbanda. Peccata vxoris. Quoad ordinum ſuſceptionem.